



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.13. Joannes Parmensis Pontificius in Græcia legatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

lielmo, quos ille ad Tartarorum Regem Sæcul. XIII.
 mittebat cum cruce de ligno veræ cru- A. C. 1249.
 cis confecta, cum coccineo tabernaculo
 Christi vitam per opus Phrygium exhi-
 bente, aliisque cum donis, quæ Princi-
 pem curiosum ad religionem allicerent.
 Eodem fine Cano & Ercalthajo scripsit:
 ac Legatus eos ad agnoscendum Eccle-
 siæ Romanæ principatum, Papæque au-
 thoritatem, Præsules vero Principibus il-
 lis obnoxios ad concordiam primorum-
 que conciliorum fidem conservandam per
 epistolas est exhortatus.

§. XIII.

*Joannes Parmensis Pontificius in
 Græcia Legatus.*

L Laurentius Ordinis Fratrum Minorum Sup. lib. 82
 expiationum Præfectus, ac Legatus §. 61.
 ad Ortum Pontificius abhinc biennio nun- S. Ant. 3.
 ciaverat, se opportunam viam ad reddendos part. tit. 24.
 Ecclesiæ Græcos, atque Imperatoris §. 5.
 Joannis Vatacii & Patriarchæ Manuelis Vading. a 1249.
 Caritopuli animos ad id negotium bene Boll. 9.
 comparatos cernere. Igitur Papa Inno- Mart. to. 8.
 centius an. 1249 Joannem Parmensem p. 60.
 Generalem Ordinis Ministrum ad eos mi-
 fit tanquam Legatum suum. Qui Ni-
 cæam delatus apud Imperatorem, Pa-
 triarcham, Clerum, ac populum tantam
 existimationem ac reverentiam sibi con-
 ciliavit.

Sæcul. XIII.
A. C. 1249

ciliavit, ut antiquorum Patrum quendam & verum Christi discipulum in eo conspiciere sibi viderentur. Etiam focii ejus optimo morum exemplo Græcis erant; inter alios Frater Gerardus, qui donum vaticinationis habuisse dicitur. Joannes Parmensis rem tam strenue gessit, ut Imperator & Patriarcha Nuncios ad Papam Innocentium mitterent. Sed in via expilati subsistere cogebantur, ac deinde ad Dominos redire suos, cum ob temporum difficultatem ad Papam advenire haud possent. Demum summi Pontificis & Imperatoris Græci obitus suscepta reconciliationis consilia fregit. At Joannes Parmensis pluribus annis ante illorum mortem revererat, & a fine anni 1251 apud Papam erat.

§. XIV.

Nicephori Blemmydæ constantia.

Gregoras

p. 26.

Matth. Pav.

p. 562.

Cang. famil.

Byz. p. 223.

Imperator Joannes Vatacius extincta prima uxore sua Irene Lascaride, anno 1244 duxit Annam Cæsaris Friderici filiam spuriam, Manfredi sororem. Erat in ætatis flore, ac inter alias foeminas eam secuta fuerat quædam Marcesina nomine, quæ apud illam moderatricis tenebat locum. Hæc per elegantiam formæ ac subdolas artes suas Imperatorem ita fascinare sciebat, ut ipsam impo-

tenti